

AD
ERUDITISSIMOS, CLARISSIMOS, & EXIMIOS
ACADEMIAE OXONIENSIS DOCTORES.

Oxoniam jam depulsis è *Græcia* Musis, Liberalium Artium Sedem,

Et Nutricem existere.

TRistitia quis (miserum!) condignis fata querêlis,
Quis luctus memoret, *Græcia* versa, tuos?
Depulsa musæ, disjectæ *Phocidæ* aræ,
Flebilis *Amnidum* vertitur ipse chorus!
O nemora, ô sacræ laurus, celebrataquæ *Tempæ*
Ingeniis, *Pindî* quod juga sacra ruunt?
Quæ vos infandis meritis fortuna ruinis?
Quod sic excidium barbarus hostis agit?
Ecce *Medusæ* fontes, *Aganippidos* undæ,
Pròh dolor! effuso sanguine, lympha fluit!
Quid nisi desertæ cautes, sacrata ferarum
Parnassî catulis antra colenda jacent!
Heu! miseris rerum casus! fortemque dolendam!
Ut cadit ex oculis gutta ruentia meis!
Dum ferus hospitium pulsis toto orbe *Camæniæ*
Denegat, & palmam *Thraciæ* hostis habet.
Victor ovat: rauco reboantia *Tympæna* cantu
Sacris, triste melos, vatibus illa sonant.
Totus, an exaudis? *Helicon* *Aquilone* remugit
Impulsus, fœvi turbinibusque *Noti*,
Quin pluvius impune ferit truculentior *Auster*
Lucos, mulcebas, quos modò *Phæbe* lyrà,
Quos dulci citharæ cantu, fidibusquæ canoris
Orpheus ad *Plectrum* compulsi ipse suum.
Sed benè: *Mars* artes nequit subvertere: in ipso
Exilio *Amnides* culmina certa colunt.
Barbare, crede mihi, mundi quacumque residant
Parte, sacræ invenient hic *Heliconæ* deæ.
Sunt quos exagitat venis nam *Cynthius* ardor,
Quos inter segnes *Allicus* ardet amor.
Sunt quos delectant laurus, hederæquæ virentes
Sunt juvat *Amnis* quos resiliere choris:
Nec Cælum, omne solum spectet, non undiquè *Titan*
Emicat, aut tellus omnia spontè ferat.
Dicolor in magnis lucet, (confide) venustas
Ingeniis, mentem prodit & artis amor.
Hinc dùm trux *Boreas*, dum fœvior occupat hostis
Parnassî colles, doctus *Apollo* venit.
Nec mora: sacrati subit alta cacumina montis.
Ut subito, quæ sit terra petenda, sciat.
Ah! miseri, exclamat, vates, tristisquæ sorores,
Quæ vos immerito dira ruina premit?
Æra sonant, & plectra silent, heu læta sonare
Dediscit, rupto pectine, nostra chelys!
Hinc litui, inde fugam feralis buccina cogit
Hinc flammæ, hinc Ferrum fata inopina canunt.
Quid moror exilium? sed quò, mea vela, sorores
Pierides vertam? quæ juga tuta colam?
Vix benè deserat, (magnis aliquando periculis
Spes est) cum longè rura *Britannia* videt.

Attollens animos, dixit, sperate *Camæna*,
Isthac est velis terra petenda meis.
Hic Terræ genius, Cælum vos mite beabit
Non pigeat doctos deferuisse locos.
Illa olim tellus geminis florebit *Athenis*.
Illa mihi *Delphe*, *Pindus* & alter erit.
Nec mora: vela legunt, *Parnassia* culmina linquunt,
Invenit *Angliacum* turba *Novena* solum.
Hactenus haud pelago *Delphinus* *Arionæ* vexit
Dum modò, *Phæbe*, vehitis, tequæ, deasquæ tuas.
Incausum surgunt irati hic æquoris ira.
Dum nat per dubias sancta caterva vias.
Portubus appellunt, sylvas circum, undique lætos
Aspiciunt campos, grata vireta vident.
Quà veniunt, Musæ lucos, agrosquæ salutant,
Quemquæ locum cernunt, hunc *Heliconæ* putant.
Lenis ubi, hic rapido *Thamesi* conjungitur *Istus*
Tandem consistunt, & sua sacra parant.
Hæserat hic fluvius, viridiquæ reclinis in urnâ,
Quam gratus, dixit, tu mihi, *Phæbe*, venis!
Exceptit profugas, florenti margine, turmas,
Et choreis ripas, carminibusquæ dedit.
Has dedit, & musis felicia prata dicavit
In queis, *Phæbe*, tibi pandere vera licet.
Ulterius tendunt per florida rura *Camæna*,
Qua tracta e *Septem* fontibus unda fluit. Charac.
Cernis? ut hinc surgunt æquata palatia cælo?
Utquæ operi, plaudit *Doris* & ipsa suo.
Quid sequar ambages? quid opus quoque carmen obumbret?
Oxonie toto nomen in orbe viget.
Dum loquor, abfistunt amnes, inhibetur aquarum
Cursus, *Phæbeam* dum movet, illa lyram.
Seu vates *Pæana* canunt, seu suada *Sophia*
Fulgurat ambiguos docta per ora sonos.
Quæ nutrit habita est Musis, ac artibus, illa,
Tentona terra stupet, *Gadica* terra silet.
Namquæ omni *Oxonie* surgit laus omnis in arte
Quæ *Phæbi* est oculus, est quoque & orbis amor.
Castalidum tu sacra domus, sedesquæ dearum
Perpetuò vigeas, & mea vota reple.
Tu simulas umbras *Cyrrhæ*, tu *Ibespiæ* mulces
Carmina, tu præbes quod tua facta probant.
Et mihi, præ reliquis, quantum non ipse *Cithæron*,
Parnassî vallis nec nemorosa, places.
Quem super, est clivus propè te, mea spicula mittâ, *Spat over Hill*.
Huc non segniss eo, dum jubet ire Deus.
Est Deus hic *Phæbus*: jubet hinc excerpere lauros
Emeritos vates, queis sua colla tegant.
Ergò, si merear capiti hinc, *Oxoniam*, nostro,
Serta legas, gratus mons sit & ille tibi.

*Musis exultantibus optatam sedem gratulabundus
in Honorem Academiæ cecinit
Philomusus adhuc exulans*

THOMAS ROCHE.